

ACERCA DEL USUFRUCTO
LIBRO SÉPTIMO DEL DIGESTO DE JUSTINIANO

Textos latino y español

IV

QUIBUS MODIS USUS FRUCTUS VEL USUS AMITTITUR²⁹

1 *ULPIANUS libro septimo decimo ad Sabinum* Non solum usum fructum amitti capitis minutione constat, sed et actionem de usu fructu. et parvi refert, utrum iure sit constitutus usus fructus an vero tuitione praetoris: proinde traditus quoque usus fructus, item in fundo vectigali vel superficie non iure constitutus capitis minutione amittitur.³⁰ **1** Sed ita demum amittitur capitis deminutione usus fructus, si iam constitutus est: ceterum si ante aditam hereditatem aut ante diem cedentem quis capite minutus est, constat non amitti.³¹ **2** Si tibi fundus ex die legatus est et usum fructum mihi rogatus es restituere, videndum erit, si capite minutus fuero intra diem legato tuo insertum, ne forte salvus sit mihi usus fructus, quasi ante diem cedentem capitis minutio interveniat: quod benigne dici poterit. **3** Usque adeo autem capi-

²⁹ A la masa sabiniana pertenecen los siguientes párrafos: 1-4, 6-18, 24 y 29; a la masa edictal los párrafos: 19-23, 25, 28, 30 y 31, y a la masa papiniana los párrafos: 2, 26 y 27.

³⁰ *Non solum usum fructum...* cfr. Fr. Vat. 61.

³¹ *Sed ita demum...* cfr. Fr. Vat. 62.

IV

DE LOS MODOS EN QUE SE PIERDE EL USUFRUCTO O EL USO

1 *ULPIANO en el libro décimo séptimo A Sabino* Consta que no sólo el usufructo se pierde por la pérdida de la personalidad jurídica, sino también la acción de usufructo. Y poco importa si el usufructo haya sido constituido según derecho⁸² o, en verdad, con la protección del pretor; por consiguiente, también el usufructo entregado,⁸³ igualmente el constituido no conforme a derecho en un fundo vectigal⁸⁴ o en una superficie,⁸⁵ se pierde por la pérdida de la personalidad jurídica. **1** Pero solamente se pierde el usufructo por la pérdida de la personalidad jurídica, si ya fue constituido; por lo demás, si alguien perdió su personalidad jurídica antes de aceptada la herencia, o antes del día que cede, consta que el usufructo no se pierde. **2** Si se te legó un fundo a partir de un día, y se te rogó⁸⁶ que me restituyeras el usufructo, habrá de verse si, en caso de que yo perdiera mi personalidad jurídica en el día dispuesto en tu legado, queda a salvo el usufructo para mí, como si la pérdida de la personalidad jurídica sucediera antes del día que cede; lo cual, benignamente, podrá decirse. **3** Pe-

⁸² Es decir, según derecho civil.

⁸³ Es decir, el usufructo constituido por *traditio*.

⁸⁴ Se trata del arrendamiento de un fundo agrícola que se hacía a largo plazo o a perpetuidad.

⁸⁵ La superficie es el arrendamiento de tierras públicas, en las que se podía edificar. De igual manera, este derecho se concedía a largo plazo o a perpetuidad.

⁸⁶ Es decir, se te rogó por fideicomiso.

tis minutio eum demum usum fructum peremit, qui iam constitutus est, ut, si in singulos annos vel menses vel dies legatus sit, is demum amittitur, qui iam processit³² et, si forte in annos singulos legatus est, illius dumtaxat anni usus fructus amittetur, et si in menses, eius mensis, si in dies, eius diei.

2 *PAPINIANUS libro septimo decimo quaestionum* Si duobus separatim alternis annis usus fructus relinquatur, continuis annis proprietas nuda est, cum, si legatarium unum substituas, cui alternis annis legatus sit usus fructus, plena sit apud heredem proprietas eo tempore, quo ius fruendi legatario non est. quod si ex duobus illis alter decedat, per vices temporum plena proprietas erit: neque enim ad crescere alteri quicquam potest, quoniam propria quisque tempora non concurrente altero fructus integri habuit. **1** Si non mors, sed capitis deminutio intercesserit, quia plura legata sunt, illius anni tantum, si modo ius fruendi habuit, fructus amissus erit: quod et in uno legatario, qui fructum in singulos annos accepit, defendendum est, ut commemoratio temporum repetitionis potestatem habeat. **2** Cum singulis fructus alternis annis legatur, si consentiant in eundem annum, impediuntur, quod non id actum videtur, ut concurrerent: multum etenim refert, duobus simul alternis annis legetur (quod sane ultra primum annum procedere non poterit, non magis quam si uni legatus ita fuisset) an singulis alternis annis: nam si concurrere volent, aut

³² *Usque adeo... cfr. Fr. Vat. 63.*

ro la pérdida de la personalidad jurídica extingue solamente el usufructo que ya se constituyó, hasta tal punto que si se legara por años determinados o por meses o por días determinados, solamente se pierde el que ya pasó. Y si acaso se legó para determinados años, sólo se pierde el usufructo de aquel año, si para determinados meses, el de ese mes, si para determinados días, el de ese día.⁸⁷

2 *PAPINIANO en el libro décimo séptimo De las cuestiones* Si se dejara un usufructo a dos por separado en años alternos, en años continuos la propiedad es nuda; mientras que si, en lugar de dos, fuera uno solo el legatario al que se legó el usufructo en años alternos, la propiedad es plena para el heredero en ese tiempo en que el legatario no tiene el derecho de disfrutar. Y si uno de aquellos dos muriera, la propiedad será plena en tiempos alternos;⁸⁸ pues nada puede acrecer al otro, porque cada uno tuvo los tiempos propios del usufructo íntegro, no concurriendo con el otro. **1** Si hubiera ocurrido no la muerte sino la pérdida de la personalidad jurídica, como los legados son varios, sólo se perderá el usufructo de aquel año, si entretanto tenía el derecho de disfrutar. Lo cual también ha de afirmarse en el caso de un solo legatario que recibió el usufructo para años determinados, de modo que la mención de los tiempos tenga el poder de una reiteración. **2** Cuando se lega el usufructo a cada uno por años alternos, si concurren en un mismo año, son impedidos, porque no parece que el legado se haya hecho para que concurrieran; en efecto, importa mucho si se lega a dos al mismo tiempo en años alternos (lo que ciertamente no podrá prolongarse más allá del primer año, no más que si se hubiera legado a uno solo así) o a cada uno en años alternos. Pues si quisieran concurrir, o se impe-

⁸⁷ Es decir, se pierde el usufructo de ese año, mes o día en que se sufrió *capitis deminutio*.

⁸⁸ Es decir, la propiedad será plena en el año que le correspondería usufructuar al que murió.

impedient invicem propter voluntatem aut, si ea non refragabitur, singulorum annorum fructus vacabit.

3 *ULPIANUS libro septimo decimo ad Sabinum* Sicut in annos singulos usus fructus legari potest, ita et capitis minutione amissus legari potest, ut adiciatur ‘quotiensque capite minutus erit, ei lego’ vel sic ‘quotiens amissus erit’: et tunc, si capitis minutione amittatur, repetitus videbitur.³³ unde tractatum est, si cui quamdiu vivat usus fructus legatus sit, an videatur repetitus, quotiens amissus est? Quod et Maecianus temptat: et puto repetitum videri. quare si usque ad tempus sit legatus, ut puta usque ad decennium, idem erit dicendum. **1** Haec autem repetitio, quae fit post amissum capitis minutione usum fructum, quaeritur an et ius ad crescendi secum salvum habeat: ut puta Titio et Maevio usus fructus legatus est et, si Titius capite minutus esset, eidem usum fructum legavit: quaesitum est, si Titius ex repetitione usum fructum haberet, an inter eos ius ad crescendi salvum esset. et Papinianus libro septimo decimo quaestionum scribit salvum esse, perinde ac si alius esset Titio in usu fructu substitutus: hos enim tametsi non verbis, re tamen coniunctos videri. **2** Idem Papinianus quaerit, si Titio et Maevio usu fructu legato in repetitione usus fructus non totum, sed partem Titio relegasset, an viderentur coniuncti et ait, si quidem Titius amisserit, totum socio ad crescere: quod si Maevius amisisset, non totum ad crescere, sed partem ad eum, partem ad proprietatem redire. quae sententia habet rationem: neque enim potest dici eo momento, quo quis amittit usum fructum et resumit, etiam ipsi quicquam ex usu fructu

³³ *Sicut in annos...* cfr. Fr. Vat. 64.

dirán mutuamente por la voluntad⁸⁹ o, si ésta no se opusiera, el usufructo de cada año estará vacante.

3 *ULPIANO en el libro décimo séptimo A Sabino* Así como el usufructo puede legarse para años determinados, así también puede legarse el usufructo extinguido por la pérdida de la personalidad jurídica, de modo que se añada “cuantas veces haya perdido su personalidad jurídica, a él lego”, o así “cuantas veces lo haya perdido”, y entonces, si se extinguiera por pérdida de la personalidad jurídica, se tendrá por repetido. De donde se discutió si se legara a alguien el usufructo, mientras viva, ¿acaso se tiene por repetido cuantas veces se extinguió? Lo cual también Meciano toca, y pienso que se tiene por repetido. Por lo cual, si se legara hasta cierto tiempo, como por ejemplo, hasta 10 años, lo mismo ha de decirse. **1** Pero se pregunta si esta reiteración que se hace después de extinguido el usufructo por la pérdida de la personalidad jurídica, también tiene consigo a salvo el derecho de acrecer; como por ejemplo, se legó el usufructo a Ticio y a Mevio y, si Ticio hubiera perdido su personalidad jurídica, se legó el usufructo a éste, se preguntó si, en caso de que Ticio tuviera el usufructo por la reiteración, quedaría a salvo entre ellos el derecho de acrecer. Y Papiniano en el libro décimo séptimo *De las cuestiones* escribe que queda a salvo, como si otro hubiera sustituido a Ticio en el usufructo, pues éstos son considerados conjuntos aunque no por las palabras, sino por la cosa. **2** El mismo Papiniano pregunta si se consideran conjuntos si, una vez legado el usufructo a Ticio y a Mevio, en la reiteración se hubiera legado el usufructo a Ticio no todo sino parte. Y dice que si ciertamente Ticio lo perdiera, acrece todo al socio. Y si Mevio lo hubiera perdido, no acrece todo,⁹⁰ sino regresa parte a él y parte a la propiedad. Esta sentencia tiene razón, pues no puede decirse que en ese momento, en el que alguien pierde el usufructo y lo

⁸⁹ Es decir, la voluntad del testador.

⁹⁰ Es decir, a Ticio.

recobra, también acrece al mismo algo del usufructo, pues opinamos que a aquel que pierde el usufructo, no acrece nada de aquello que pierde. **3** No hay duda de que el usufructo se pierde también con la muerte, puesto que el derecho de disfrutar se extingue con la muerte, así como cualquier otro derecho que está unido a la persona.

4 *MARCIANO en el libro tercero De las instituciones* Si se le rogó⁹¹ al legatario que restituyera a otro el usufructo legado, el pretor debe hacer esto: que el usufructo perezca por la persona del fideicomisario, más que por la del legatario.

5 *ULPIANO en el libro décimo séptimo A Sabino* El usufructo legado y perdido por cualquier razón, puede reiterarse con tal que no sea por la muerte, a no ser que casualmente se hubiera legado a los herederos. **1** Si alguien enajenara sólo el usufructo de un esclavo, por el cual haya adquirido un usufructo, no hay duda de que retiene el usufructo adquirido por él. **2** Se opina que el usufructo desaparece por la alteración de la cosa, como por ejemplo, si se me legó el usufructo de una casa, y la casa se derrumbaba o se quemara, sin duda se extingue. ¿Acaso también el del terreno? Es muy cierto que quemada la casa no se debe ni el usufructo del terreno ni el de las piedras. Y así opina también Juliano. **3** Si se legara el usufructo de un terreno y en él se construyera un edificio, consta que la cosa se alteró y que el usufructo se extingue. Si, en efecto, el propietario hizo esto, será obligado de acuerdo a los términos del testamento o por la acción de dolo.

6 *POMPONIO en el libro quinto A Sabino* (pero también compete al usufructuario el interdicto “lo que con violencia o clandestinamente”).

7 *JULIANO en el libro trigésimo quinto De los digestos* a no ser que derruido el edificio se me cediera el usufructo del terreno, es decir, transcurrido el tiempo en el que perece el usufructo.

⁹¹ Es decir, se le rogó por fideicomiso.

ad crescere: placet enim nobis ei qui amittit usum fructum ex eo quod amittit nihil ad crescere. **3** Morte quoque amitti usum fructum non recipit dubitationem, cum ius fruendi morte extinguatur, sicuti si quid aliud, quod personae cohaeret.

4 *MARCIANUS libro tertio institutionum* Si legatum usum fructum legatarius alii restituere rogatus est, id agere praetor debet, ut ex fideicommissarii persona magis quam ex legatarii pereat usus fructus.

5 *ULPIANUS libro septimo decimo ad Sabinum* Repeti potest legatus usus fructus amissus qualicumque ratione, dummodo non morte: <nisi forte heredibus legaverit>. **1** Si quis usum fructum solum servi alienaverit, per quem usus fructus ei adquisitus est, dubium non est, quin usus fructus per eum adquisitus retineatur. **2** Rei mutatione interire usum fructum placet: veluti usus fructus mihi aedium legatus est, aedes corruerunt vel exustae sunt: sine dubio extinguatur. an et areae? Certissimum est exustis aedibus nec areae nec caementorum usum fructum deberi. et ita et Iulianus. **3** Si areae sit usus fructus legatus et in ea aedificium sit positum, rem mutari et usum fructum extinguere constat. plane si proprietarius hoc fecit, ex testamento vel de dolo tenebitur.

6 *POMPONIUS libro quinto ad Sabinum* (sed et interdictum quod vi aut clam usufructuario competit).

7 *IULIANUS libro trigensimo quinto digestorum* nisi sublato aedificio usum fructum areae mihi cesserit, tempore scilicet quo usus fructus perit transacto.

8 *ULPIANUS libro septimo decimo ad Sabinum* Fundi usu fructu legato si villa diruta sit, usus fructus non extinguetur, quia villa fundi accessio est: non magis quam si arbores deciderint.

9 *PAULUS libro tertio ad Sabinum* Sed et eo quoque solo, in quo fuit villa, uti frui poterit.

10 *ULPIANUS libro septimo decimo ad Sabinum* Quid tamen si fundus villae fuit accessio? Videamus, ne etiam fundi usus fructus extinguatur: et idem dicendum est, ut non extinguatur. **1** Non tantum si aedes ad aream redactae sint, usus fructus extinguitur, verum etiam si demolitis aedibus testator alias novas restituerit: plane si per partes reficiat, licet omnis nova facta sit, aliud erit nobis dicendum. **2** Agri vel loci usus fructus legatus, si fuerit inundatus, ut stagnum iam sit aut palus, procul dubio extinguetur. **3** Sed et si stagni usus fructus legetur et exaruerit sic, ut ager sit factus, mutata re usus fructus extinguitur. **4** Non tamen, si arvi usus fructus legetur et ibi vineae sint positae vel contra, puto extinguui. certe silvae usu fructu legato si silva caesa illic sationes fuerint factae, sine dubio usus fructus extinguitur. **5** Si massae usus fructus legetur et ex ea vasa sint facta vel contra, Cassius apud Urseium scribit interire usum fructum: quam sententiam puto veram. **6** Proinde et ornamentum dissolutum aut transfiguratum extinguunt usum fructum. **7** In navis quoque usu fructu Sabinus scribit, si quidem per partes refecta sit, usum fructum non interire: si autem dissoluta sit, licet isdem tabulis nulla praeterea adiecta restaurata sit, usum fructum extinctum: quam sententiam puto veriore. nam et si domus fuerit restituta, usus fructus extinguitur. **8** Quadrigae usu fructu legato si unus ex equis deces-

8 *ULPIANO en el libro décimo séptimo A Sabino* Legado el usufructo de un fundo, si se derribara la villa, el usufructo no se extinguirá, porque la villa es accesión del fundo, no más que si se cayeran árboles.

9 *PAULO en el libro tercero a Sabino* Pero también podré usar y disfrutar ese suelo en que estaba la villa.

10 *ULPIANO en el libro décimo séptimo A Sabino* ¿Sin embargo, qué sucedería si el fundo fuera accesión de la villa? Veamos si también se extingue el usufructo del fundo. Y lo mismo ha de decirse: que no se extingue. **1** No sólo se extingue el usufructo si la casa fuera reducida a terreno, sino también si, demolida la casa, el testador la restituyera por otra nueva. En efecto, si la reparara por partes, aunque se hiciera toda nueva, habremos de decir otra cosa. **2** Si se inundara el usufructo legado de un campo o de una porción de terreno, de modo que se hiciera una laguna o un pantano, fuera de duda, el usufructo se extingue. **3** Pero también si se legara el usufructo de una laguna, y se secara de modo que se hiciera campo, alterada la cosa, el usufructo se extingue. **4** Sin embargo, pienso que el usufructo se extingue si se legara el usufructo de un campo de labranza, y ahí se plantaran viñedos, o al contrario. Ciertamente, si legado el usufructo de un bosque, talado el bosque, se sembrara ahí, sin duda se extingue el usufructo. **5** Si se legara el usufructo de un bloque de metal y de ése se hicieran vasos, o al contrario, Casio, en Urseyo, escribe que el usufructo desaparece. Sentencia que considero verdadera. **6** Así pues, también el ornamento destruido o transfigurado extingue el usufructo.⁹² **7** También respecto del usufructo de una nave, Sabino escribe que, si ciertamente fuera reparada por partes, el usufructo no desaparece, pero que el usufructo se extinguió si la nave fue destruida, aunque fuera restaurada con las mismas tablas, no añadiéndose ninguna además de éstas. Sentencia que considero la más verdadera, pues también si la casa fuera reconstruida, el usufructo se extingue. **8** Legado el usufructo de una cuadriga, si

⁹² Es decir, el usufructo del mismo ornamento.

serit, an extinguatur usus fructus quaeritur. ego puto multum interesse, equorum an quadrigae usus fructus sit legatus: nam si equorum, supererit in residuis, si quadrigae, non remanebit, quoniam quadriga esse desiit:

11 *PAULUS libro tertio ad Sabinum* nisi alius ante diem legati cedentem substitutus sit.

12 *ULPIANUS libro septimo decimo ad Sabinum* Si cui balinei usus fructus legatus sit et testator habitationem hoc fecerit, vel si tabernae et diaetam fecerit, dicendum est usum fructum extinctum. **1** Proinde et si histrionis reliquerit usum fructum et eum ad aliud ministerium transtulerit, extinctum esse usum fructum dicendum erit.

13 *PAULUS libro tertio ad Sabinum* Si fructuarius messem fecit et decessit, stipulam, quae in messe iacet, heredis eius esse Labeo ait, spicam, quae terra teneatur, domini fundi esse fructumque percipi spica aut faeno caeso aut uva adempta aut excussa olea, quamvis nondum tritum frumentum aut oleum factum vel vindemia coacta sit. sed ut verum est, quod de olea excussa scripsit, ita aliter observandum de ea olea, quae per se deciderit, Iulianus ait: fructuarii fructus tunc fieri, cum eos perceperit, bonae fidei autem possessoris, mox quam a solo separati sint.

14 *POMPONIUS libro quinto ad Sabinum* Excepta capitis minutione vel morte reliquae causae vel pro parte interitum usus fructus recipiunt.

15 *ULPIANUS libro octavo decimo ad Sabinum* Interdum proprietarius ad libertatem perducet, si forte usus fructus fuerit tam-

muriera uno de los caballos, se pregunta si se extingue el usufructo. Yo pienso que interesa mucho si se lega el usufructo de los caballos o el de la cuadriga, pues si es el de los caballos, el usufructo sobrevivirá en los que restan, si es el de la cuadriga, no permanecerá, puesto que la cuadriga dejó de existir.

11 PAULO en el libro tercero A Sabino a no ser que uno fuera sustituido antes del día en que cede el legado.⁹³

12 ULPIANO en el libro décimo séptimo A Sabino Si se legara a alguien el usufructo de un baño, y el testador lo hiciera habitación, o si el de una taberna y la hiciera comedor, ha de decirse que el usufructo se extingue. **1** Así pues, y si se dejara el usufructo de un actor,⁹⁴ y el testador lo trasladara a otro ministerio, ha de decirse que el usufructo se extinguió.

13 PAULO en el libro tercero A Sabino Si el usufructuario recolectó la cosecha y murió, Labeón dice que la paja que yace en la cosecha es de su heredero, que la espiga que retiene la tierra es del dueño del fundo, y que el fruto se percibe cuando se corta la espiga o el heno, o cuando se recolecta la uva, o cuando se sacude la aceituna, aunque todavía no haya sido molido el trigo, ni el aceite haya sido hecho, ni la uva haya sido exprimida. Pero así como es verdadero lo que escribió acerca de la aceituna sacudida, así ha de observarse lo contrario acerca de esa aceituna que se hubiese caído por sí misma. Juliano dice que los frutos se hacen del usufructuario cuando los haya percibido, pero se hacen del poseedor de buena fe tan pronto como hayan sido separados del suelo.

14 POMPONIO en el libro quinto A Sabino Exceptuadas la pérdida de la personalidad jurídica o la muerte, las demás causas admiten la desaparición del usufructo, incluso en parte.

15 ULPIANO en el libro décimo octavo A Sabino A veces el propietario llevará a la libertad,⁹⁵ si haya sido legado el usufruc-

⁹³ Es decir, el caballo muerto se restituye antes del día en que empieza el legado, para que el usufructo no se extinga.

⁹⁴ Se supone que sea un esclavo actor.

⁹⁵ Es decir, dará la libertad al esclavo.

diu legatus, quamdiu manumittatur: nam incipiente proprietario manumittere extinguetur usus fructus.

16 *IDEM libro quinto disputationum* Si sub condicione mihi legatus sit usus fructus medioque tempore sit penes heredem, potest heres usum fructum alii legare: quae res facit, ut, si condicio extiterit mei legati, usus fructus ab herede relictus finiatur. quod si ego usum fructum amisero, non revertetur ad legatarium, cui ab herede pure legatus fuerat, quia ex diversis testamentis ius coniunctionis non contingit.

17 *IULIANUS libro tricensimo quinto digestorum* Si tibi fundi usus fructus pure, proprietas autem sub condicione Titio legata fuerit, pendente condicione dominium proprietatis adquisieris, deinde condicio extiterit, pleno iure fundum Titius habebit neque interest, quod detracto usu fructu proprietas legata sit: enim dum proprietatem adquiris, ius omne legati usus fructus amisisti.

18 *POMPONIUS libro tertio ad Sabinum* Si servo hereditario ante aditam hereditatem legatus usus fructus fuisset, magis placet adita hereditate eum usum fructum ad te transire nec interire quasi mutato dominio, quia nec dies ante cesserit, quam tu heres extiteris.

19 *GAIUS libro septimo ad edictum provinciale* Neque usus fructus neque iter actusve domini mutatione amittitur.

20 *PAULUS libro quinto decimo ad Plautium* Is qui usum fructum habet si tantum utatur, <quia existimet se usum tantum habere>, an usum fructum retineat? et si quidem sciens se usum fructum habere tantum uti velit, nihilo minus et frui videtur: si

to hasta el momento en que se manumita al esclavo, pues al manumitir el propietario, se extingue el usufructo.

16 *EL MISMO en el libro quinto De las disputas* Si se me legara a mí bajo condición un usufructo, y en el tiempo medio⁹⁶ estuviera en manos del heredero, el heredero puede legar a otro el usufructo. Esto hace que, si la condición de mi legado se cumpliera, el usufructo dejado por el heredero finalice. Y si yo perdiera el usufructo, no regresará al legatario, a quien había sido legado puramente por el heredero, porque el derecho de unión⁹⁷ no proviene de testamentos diversos.

17 *JULIANO en el libro trigésimo quinto De los digestos* Si se te legara puramente el usufructo de un fundo, pero se legara bajo condición la propiedad a Ticio, y, estando pendiente la condición, adquirieras el dominio de la propiedad, y, después se cumpliera la condición, Ticio tendrá con pleno derecho el fundo, y no interesa que la propiedad haya sido legada, quitado el usufructo, pues al adquirir tú la propiedad, perdiste todo el derecho del usufructo legado.

18 *POMPONIO en el libro tercero A Sabino* Si antes de aceptada la herencia se hubiera legado el usufructo a un esclavo hereditario, agrada más que, una vez aceptada⁹⁸ la herencia, pase a ti ese usufructo y no desaparezca como si se hubiese cambiado el dominio,⁹⁹ porque el día no cedería antes de que tú fueras heredero.

19 *GAYO en el libro séptimo Al edicto provincial* Ni el usufructo ni el derecho de paso ni el derecho de paso de ganado se pierden por el cambio de dominio.

20 *PAULO en el libro décimo quinto A Plaucio* Si el que tiene el usufructo sólo usara porque creyera que sólo tiene el uso ¿acaso retendrá el usufructo? Y si ciertamente sabiendo que él tiene el usufructo quisiera sólo usar, no obstante también parece que

⁹⁶ Es decir, mientras se cumple la condición para que el legado de usufructo se haga efectivo.

⁹⁷ Es decir, el derecho de unión entre legatarios.

⁹⁸ Es decir, aceptada por ti.

⁹⁹ Es decir, el dominio del esclavo.

vero ignoret, puto eum amittere fructum: non enim ex eo quod habet utitur, sed ex eo quod putavit se habere.

21 *MODESTINUS libro tertio differentiarum* Si usus fructus civitati legetur et aratrum in ea inducatur, civitas esse desinit, ut passa est Carthago, ideoque quasi morte desinit habere usum fructum.

22 *POMPONIUS libro sexto ad Quintum Mucium* Si mulieri usus domus legatus sit et illa trans mare profecta sit et <constituito tempore ad amittendum usum> afuerit, maritus vero domo usus fuerit, retinetur nihilo minus usus, quemadmodum si familiam suam in domu reliquisset eaque peregrinaretur. et hoc magis dicendum est, si uxorem in domu reliquerit maritus, cum ipsi marito usus domus legatus sit.

23 *IDEM libro vecensimo sexto ad Quintum Mucium* Si ager, cuius usus fructus noster sit, flumine vel mari inundatus fuerit, amittitur usus fructus, cum etiam ipsa proprietas eo casu amittatur: ac ne piscando quidem retinere poterimus usum fructum. Sed quemadmodum, si eodem impetu discesserit aqua, quo venit, restituitur proprietas, ita et usum fructum restituendum dicendum est.

24 *IAVOLENUS libro tertio ex posterioribus Labeonis* Cum usum fructum horti haberem, flumen hortum occupavit, deinde ab eo recessit: ius quoque usus fructus restitutum esse Labeoni videtur, quia id solum perpetuo eiusdem iuris mansisset. ita id verum puto, si flumen inundatione hortum occupavit: nam si alveo mutato inde manare coeperit, amitti usum fructum existimo, cum is locus alvei publicus esse coeperit, neque in pristinum statum restitui posse. **1** Idem iuris itinere et actu custodiendum esse ait Labeo: de quibus rebus ego idem quod in usu fructu sen-

disfruta. Pero si lo ignorara, pienso que él pierde el usufructo, pues no usa a partir de lo que tiene, sino a partir de lo que pensó que él tenía.

21 *MODESTINO en el libro tercero De las diferencias* Si se legara el usufructo a una ciudad y en ella se metiera el arado,¹⁰⁰ deja de ser ciudad, como lo sufrió Cartago, y por eso deja de tener el usufructo, como por muerte.

22 *POMPONIO en el libro sexto A Quinto Mucio* Si se legara el uso de una casa a una mujer, y ella se fuera al otro lado del mar y estuviera ausente durante el tiempo constituido para perder el uso, pero el marido hubiera usado la casa, no obstante se retiene el uso, lo mismo que si hubiera dejado a su familia en la casa y ella viajara. Y esto más ha de decirse, si el marido dejara a la esposa en la casa, cuando el uso de la casa se había legado al marido mismo.

23 *EL MISMO en el libro vigésimo sexto A Quinto Mucio* Si un campo, cuyo usufructo fuera nuestro, se hubiese inundado por el río o por el mar, el usufructo se pierde, puesto que también se pierde la propiedad misma por ese accidente. Y ni siquiera pescando podremos retener el usufructo. Pero así como se restituye la propiedad si el agua se alejara con el mismo ímpetu con el que viene, así también ha de decirse que el usufructo ha de restituirse.

24 *JAVOLENO en el libro tercero De los posteriores a Labeón* Teniendo yo el usufructo de un huerto, el río ocupó el huerto, después se retiró de él. A Labeón le parece que también el derecho de usufructo se restituyó, porque este suelo había permanecido siempre bajo el mismo derecho. Así, pienso que esto es verdadero, si por inundación el río ocupó el huerto, pues si mudado el cauce comenzara a correr por ahí, estimo que se pierde el usufructo, porque comienza a ser público ese lugar del cauce, y que no puede restituirse a su anterior estado. **1** Labeón dice que el mismo derecho ha de conservarse en el derecho de paso y en el de paso de ganado. Acerca de estas cosas yo pienso lo mismo que

¹⁰⁰ Es decir, para destruir la ciudad.

tio. **2** *LABEO*. Nec si summa terra sublata ex fundo meo et alia re-
gesta esset, idcirco meum solum esse desinit, non magis quam
stercorato agro.

25 *POMPONIUS libro undecimo ex variis lectionibus* Placet vel
certae partis vel pro indiviso usum fructum non utendo amitti.

26 *PAULUS libro primo ad Neratium* Si ager ab hostibus occu-
patus servusve captus liberatus fuerit, iure postliminii restituetur
usus fructus.

27 *IDEM libro primo manualium* Si servus, in quo usus fructus
alienus est, noxae dedatur a domino proprietatis usufructuario,
liberabitur <confusa servitute proprietatis comparatione>.

28 *IDEM libro tertio decimo ad Plautium* Si usus fructus alter-
nis annis legetur, non posse³⁴ non utendo eum amitti, quia plura
sunt legata.

29 *ULPIANUS libro septimo decimo ad Sabinum* Pomponius
quaerit, si fundum a me proprietarius conduxerit eumque fun-
dum vendiderit Seio non deducto usu fructu, an usum fructum
per emptorem retineam. et ait, licet proprietarius mihi pensionem
solverit, tamen usum fructum amitti, quia non meo nomine, sed
suo fructus est emptor: teneri plane mihi ex locato proprietarium,
quanti mea interfuit id factum non esse. quamquam si a me con-
ductum usum fructum quis alii locaverit, retinetur usus fructus:
sed si proprietarius eum locasset suo nomine, dicendum amitti:
non enim meo nomine fruitur colonus. **1** Sed si emptum a me

³⁴ Se sobrentiende *ait*.

respecto del usufructo. **2 LABEÓN.** Si hubiera sido quitada de mi fundo la tierra de arriba y hubiera sido echada otra, no por eso deja de ser mío el suelo, no más que si fuera estercolado el campo.

25 POMPONIO en el libro décimo primero De las lecciones variadas Se dispone que el usufructo de una parte o el que se tiene en común, se pierde por no usarlo.

26 PAULO en el libro primero A Neracio Si un campo ocupado por enemigos, o un esclavo capturado por enemigos fuera liberado, se restituirá el usufructo por el derecho de posliminio.

27 EL MISMO en el libro primero De los manuales Si un esclavo, sobre el cual hay un usufructo ajeno,¹⁰¹ fuera entregado en noxa al usufructuario por el dueño de la propiedad, éste quedará liberado¹⁰² al ser confundida la servidumbre¹⁰³ por la adquisición de la propiedad.

28 EL MISMO en el libro décimo tercero A Plaucio Si el usufructo se lega en años alternos, no puede perderse por no usarse, porque los legados son varios.

29 ULPIANO en el libro décimo séptimo A Sabino Pomponio pregunta si retengo el usufructo a través del comprador, en el caso de que el propietario me tomara en arrendamiento el fundo, y vendiera ese fundo a Seyo sin deducir el usufructo. Y dice que, aunque el propietario me pagara el alquiler, sin embargo, el usufructo se pierde, porque el comprador usufructuó no en mi nombre, sino en el suyo. En efecto, dice que el propietario queda obligado conmigo por la acción de locación, por cuanto tuvo de interés para mí que eso no se hiciera. Aunque si alguien diera en arrendamiento a otro el usufructo que me había tomado en arrendamiento a mí, se retiene el usufructo. Pero si el propietario lo hubiera arrendado en su nombre, ha de decirse que se pierde, pues el colono no usufructúa en mi nombre. **1** Pero si el propie-

¹⁰¹ Es decir, el usufructo del esclavo es de otra persona, no de su dueño.

¹⁰² Al ser entregado en *noxá*, es entregado como propiedad, no como usufructo, por lo que el dueño queda liberado de la responsabilidad por el delito que cometió el esclavo.

¹⁰³ Es decir, el usufructo.

tario hubiera vendido el usufructo que me compró, ha de preguntarse si perdería yo el usufructo. Y pienso que se pierde, puesto que tampoco aquí el comprador del fundo usufructúa como si me lo hubiera comprado a mí. **2** El mismo Pomponio pregunta si se me rogara¹⁰⁴ que te restituyera el usufructo legado a mí, ¿parecería que usufructúo a través de ti y que el usufructo no se perdería? Y dice que él duda acerca de esta cuestión, pero es más verdadero lo que anota Marcelo; que este asunto en nada daña al fideicomisario, pues él ha de tener una acción útil en su nombre.

30 *GAYO en el libro séptimo Al edicto provincial* La carne y el cuero del ganado muerto no están dentro del fruto, porque, muerto el ganado, el usufructo se extingue.

31 *POMPONIO en el libro cuarto A Quinto Mucio* Cuando se lega el usufructo de una grey y el número¹⁰⁵ de la grey llega a tal grado que no se considera grey, el usufructo perece.

¹⁰⁴ Es decir, se me rogara por fideicomiso.

¹⁰⁵ Es decir, el número de cabezas de la grey.

usum fructum proprietarius vendidisset, amitterem usum fructum, quaerendum est. et puto amitti, quoniam et hic non ut a me empto fruitur fundi emptor. **2** Idem Pomponius quaerit, si legatum mihi usum fructum rogatus sim tibi restituere, an per te frui videar nec amittatur usus fructus. et ait dubitare se de hac quaestione: sed est verius, quod Marcellus notat, nihil hanc rem fideicommissario nocere: suo enim nomine utilem actionem eum habiturum.

30 *GAIUS libro septimo ad edictum provinciale* Caro et corium mortui pecoris in fructu non est, quia mortuo eo usus fructus extinguitur.

31 *POMPONIUS libro quarto ad Quintum Mucium* Cum gregis usus fructus legatus est et usque eo numerus pervenit gregis, ut grex non intellegatur, perit usus fructus.